



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De dilatione Absolutionis propter utile pœnitentis, §. 6

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41773**

§. 6.

*De Dilatione Absolutionis pro-  
pter utile Pœni-  
tentis.*

13 **D**ubium est, an possit  
Confessarius absolu-  
tionem aliquando differre pœ-  
nitenti, qui cognoscitur verè  
pœnitens.

14 In quo certum est primò  
posse ex ejusdem pœnitentis  
consensu. Secundo posse quan-  
do dilatio necessaria est ad expe-  
riendum propositum. Tertiò  
non posse quando pœnitens est  
sufficiens dispositus, & ex di-  
latione timetur potius damnum  
spirituale, ut quod tædio affe-  
ctus non revertetur, vel in de-  
sperationem facilè abibit. Quar-  
tò non debere differri sine pru-  
dentia, quæ dicet rationabiliter  
esse differendam. Quintò deni-

*a De Lug.  
modo est.*

R 3 que

que certum fit posse, quando Confessor indiget consilio, vel studio ad absolvendum, &c.

15 Difficultas est igitur, an causa rationabilis censenda sit major utilitas, & confirmatio in bono proposito pœnitentis; licet aliunde probabiliter credatur esse tunc bene dispositus. Dico *b* eam esse censendam rationabilem causam, quia iudex non tenetur statim lecto processu proferre sententiam, unde Confessor poterit præmittere exhortationem, injungere ut redeat die sequenti, ut melius exhortationem auscultet, &c. Imò, quia est medicus, poterit per talem dilationem melius curare; nam propterea, quando meritò timet pœnitentem, nunc absolutum facilè relapsurum, nisi ipsa dilatione territus, melius agnoscat gravitatem peccati, necessitatemque emendationis poterit differre. Non est igitur

*b Idem*

tur contra jus pœnitentis ejus-  
modi dilatio. Siquidem Con-  
fessor habet jus iudicis, & Me-  
dici quod illam exposcere po-  
test.

### C A P V T I V.

De officio Confessoris quo-  
ad instruendum pœni-  
tentem, antequam  
absolvat.

**I**nstruat Confessor pœni-  
tentem, utpote ejus Magi-  
ster, antequam impertiat abso-  
lutionem. Cum autem suppo-  
namus pœnitentem in ceteris  
necessariis esse satis instructum:  
si enim non esset, esset certè ad-  
juvandum. *à* Confessore. Ideò *vide seo*  
solum hic illud quærere occur-  
quenti §. I  
rit An si pœnitens in aliqua  
ignorantia versatur; eam Con-  
fessor amovere debeat.

R 4

4 Dico,